



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Sectio 1. Deturne aliquis locus, in quo animæ purgentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)



QVARTA HVIVS OPERIS PARS.

DISPVTATIO XLV.

DE PVRGATORIO IN GENERE, AN, ET VBI SIT.



INCHOAMVS hoc A loco quartam partem principalem huius operis, in qua de quibusdam remediis annexis superioribus sacramentis dicendum est. Cum enim penitentiae sacramentū ad actualia peccata post baptismum commissa tollēda institutum sit, interdum vero ob suscipientis impedimentum huiusmodi effectum integre non conferat, quoad venialia saltem peccata, reatusq; poenarum temporalium, & alias peccatorum reliquias, ei adiunctum est sacramentum Extremæ vnctionis, quod, si necesse sit, hunc effectum perficiat, præsertim in mortis articulo, in quo maior animi puritas, maiusq; sacramentalis gratiæ auxilium necessaria sunt. Contingit tamen sæpius, ut post vtrumque sacramentum rite, & cum principali fructu susceptum, nondum reatus poenæ temporalis, omnino remissus sit: & ideo necessaria sunt alia remedia, quibus possit anima huiusmodi debito liberari, quæ remedia merito dicemus esse annexa prædictis sacramentis, eorumq; cognitionem ad huius libri perfectionem pertinere. Possunt autem hæc remedia prodesse aut in præsentī vita tantum, aut tantum post hanc vitam, aut in vtroque statu simul. In primo ordine solum potest constitui propria satisfactio, quæ ab vnoquoque homine pro seipso fit ex opere operantis, de qua diximus, simul agentes de satisfactioe sacramentali, quæ est tertia pars materialis sacramenti penitentiae: & ideo de illo membro nihil hic dicendum superest. In secundo igitur ordine constituuntur poenæ purgatoriae, quæ Deo post hanc vitam infliguntur. In tertio autem sunt suffragia, & indulgentiæ, quæ (vt dicemus) tam viuis, quam defunctis prodesse possunt: illa ex opere operantis, hæc vero ad modum operis operati. De his ergo tribus modis liberandi animas à reatibus peccatorum dicendum superest. Primo ergo dicendum est de loco Purgatorij, an, & vbi sit. Deinde de animabus, & personis ibi degentibus, quænam sint, quemve statum habeant: ac denique de poenis illius loci quales sint, quamq; graues ac diuturnas. De qua re frequentius disputant Theologi cum Magistro in 4. d. 21. Soto vero dist. 19. aliqui d. 18, & 20. latius

Magist.
Soto.

vero moderni scriptores contra Lutheranos, quos in sequentibus referemus.

SECTIO I.

Sitne locus aliquis, in quo anima in hac vita non plene purgata, post hanc vitam purgatur.

Multi hæretici Purgatorium negarunt, quorum primus dicitur fuisse Aërius: sed ille negavit quidem iustitiam viuorum prodesse defunctis, dist. 1. ferre tamen non legimus Purgatorium negasse: & quanuis vnus error alteri affinis sit, non tamen ex illo necessaria illatione consequitur: possent enim animæ per rigorem iustitiæ vindictiæ post hanc vitam purgari, etiam si à viuentibus iuari non possent. Imo ita sensisse Aërium colligi videtur ex verbis, quæ Epiphanius refert hæresi 75. sic enim ait, *Orat viuens, aut dispensationem facit quid profuerit mortuo? Igitur nemo sit pius, neque boni quidquam faciat, sed acquirat amicos, qui orent pro ipso, vt ne quid ille patiat. Ille itaque error ad materiam de suffragijs spectat. Error vero negantium Purgatorium ortus videtur Hieronymi temporibus, vel prope à morte eius, vt legitur in Epist. ad Augustinum, quæ nomine Cyrilli Hierosolymit. est 106. inter Epist. August. In eodem errore fuerunt postea Albanenses ante 800. annos. Hi vero, vt Præteolus refert, non solum de Purgatorio, sed etiam de inferno dixerunt nihil esse, nullasque post hanc vitam manere poenas. Quod etiam Albigenes postea senserunt: quamquam enim Anton. 4. p. tit. 17. capit. n. 9. inter hos hæreticos distinguere non videatur, sunt tamen diuersi, nam hi plusquam quadringentis annis sunt posteriores: exorti enim sunt tempore Innocentij 3. vt Præteolus notat, & ex eodem Anton. intelligitur. Rursus excitarunt hunc errorem hæretici dicti Apostolici, non illi, quorum mentionem fecit August. lib. de Hæresib. in 4. loco, sed illi, qui tempore Bernard. exorti sunt, quos etiam secuti sunt Petribruffiani, à Petro de Bruffis eorum duce sic nominati, vt colligitur ex Bernard. serm. 65. & 66. Cant. & Petr. Cluniacens. in Ep. ad omnes Episcopos. Præterea in eodem errore reputati sunt Pauperes de Lugduno, qui & Valdenses, Armeni etiam, & Rutheni, vt apud Præteolum videre licet, & in Armacano lib. 13. de Errorib. Armenorum: quanuis Nicephor.*

vide hanc
trati dicitur
ser. 100.
August.
Albigenes
Anton.
Præteolus
Innocentij
Petrus
Bernard.
Pet. Cluniac.
Lugdun.
qui & Petr.
Cluniacens.
Armeni
Rutheni
Armacano
Nicephor.
Arma.

Armehorum errores referens lib. 18. Historia c. 53. hunc prætermiserit. Idemq; tribuitur Græcis, ideoq; inter errores eorum computatur à D. Th. in Opus. contra illos: & idem sumitur ex Concil. Floren. session. vicim. quanquam ex session. i. acta Ferrariz hoc limitari possit, vt infra videbimus. Tandem Lutherus hanc excitauit errorem: nam licet in Principio, vt Prateolus in Luthero num. 44. & alij referunt. Purgatorium non absolute negauerit, sed solum colligi ex Scriptura: ex alijs vero auctoribus constat illud tandem simpliciter negasse, siue quia paulatim in isto errore processit, siue quia apud ipsum quidquid in Scriptura non continetur, credendum non est. Atque ita tandem eundem errorem omnes sectarij, & posteriores heretici. Caluin. Brentius, Petrus Martyr, & alij similes sectati sunt. Fundamentum potest esse multiplex. Antiqui heretici multum fundantur in hoc, quod anima simul cum corpore extinguitur, qui proinde non Purgatorium solum, sed etiam infernum, & gloriam negabant. Sed hos omittamus, nam error eorum & valde generalis est, & contra ipsam rationem naturalem. Proprium ergo fundamentum sumendum videtur ex duobus principijs. Prius est, peccatum veniale non distingui à mortali, sed esse æterna pœna æque dignum. Aliud est, peccatum mortale non remitti, quin tota pœna, omnisq; reatus eius remittatur. Ex his enim plane sequitur omnem animam post hanc vitam aut esse dignam æterna pœna, aut nullam, ac proinde nullum esse locum pœnarum temporarium, quod Purgatorium appellatur. Atque huc adiunguntur aliqua Scripturæ loca, in quibus significatur, duo esse tantum extrema loca animarum, in quibus perpetuo viuunt, aut miserè, aut beatè, iuxta illud, Eccl. 11. Si cecideris lignum, siue ad austrum, siue ad aquilonem, vbi cumq; cecideris, ibi eris, & Matth. 25. Venite benedicti: & ite maledicti, &c.

Purgatorium esse ex veteri Testamento ostenditur.

Nihilominus certa veritas fidei est dari post hanc vitam Purgatorij locum. Potest autem hæc veritas in primis ex sacra Scriptura ostendi directe, & in se. Nam, licet fortasse hoc Purgatorij nomen in Scriptura sacra non inueniatur, id parum refert, si ostenderit rem illo nomine intencram inueniri: sæpe enim Ecclesia, vel propter hereses insurgentes, vel vt doctrina fidei clarius, & breuius declaretur noua, & simplicia nomina imponit, quib; fidei mysteria breuiter complectatur, vt constat ex materia de Trinitate, Incarnatione, Eucharistia, & alijs. Res ergo hoc loco intenta est, sæpe contingere, vt iustum animæ, quando à corporibus separantur, non plene ac perfecte pro suis peccatis satisfecerint, ideoq; post separationem à corporibus interdum aliquas pœnas liant, donec plene satisfaciât, satisue patiantur, ita vt & ab omni culpa, & ab omni reatu pœnæ immunè fiât. Hanc ergo animarum afflictionem temporariâ, Purgationem, vocamus, & quia necesse est illam in aliquo loco fieri, locum illum appellamus, Purgatorium. Sic ergo intellectum Purgatorij nom. & res quæ illi subest, probari potest, primo ex veteri Testamento, in quo celebre testimonium est, illud. 2. Machab. 12. Sancta & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Nam ex his verbis aperte colligitur aliquos defunctos posse à peccatis solui: quod verum esse non potest de his qui in peccato mortali decesserunt: ergo necesse est de iustis intelligi: quod satis aperte ibi explicatur cum dicitur: Eos qui cum pietate dormitionem acceperant, optimum habere repositam gratiam, & de eis d. subditur, optimum ac religiosum consilium esse pro eis exorare, vt à peccatis soluantur. Supponuntur ergo

Fr. Suarez. tom. 4.

A huiusmodi defuncti adhuc ligati reatibus peccatorum, nisi enim ligati essent, solui non possent. Rursus necesse est vinculum, seu reatu illum temporalem esse: nam si esset æternus, non possunt animæ ab illo solui. Datur ergo post hanc vitam in animabus sanctis reatus pœnæ temporalis: ergo puniuntur donec integre soluant. Neque enim putandum est semper solui per suffragia, vel orationes viuèntium: nam hoc subsidium est quasi extrinsecum, & accidentarium respectu proprii delicti, quod, per se loquendo, & iuxta leges vindictiue iustitiæ soluendum est per propriam pœnam eius, qui deliquit. Si ergo ex verbis citatis manifeste colligitur Purgatorium, & status quidam medius animarum, quæ nondum beatæ sunt: quia non sunt plene à peccatis solutæ, & nihil coinquinatū intrare potest ciuitatem sanctam Hierusalem, neq; damnatæ: quia adhuc possunt à peccatis solui.

Dices ex illo loco ad summum haberi, Iudam, & Machabæos ita de mortuis cogitasse: non ergo inde satis colligitur in re ita esse: potuerunt enim illi homines pia ignorantia decipi. Præfertim, quia illi defuncti, pro quibus orabant, videtur mortui in peccato mortali, quale videtur fuisse donaria idolorum contra legem accipere, pro quo scelere iusto Dei iudicio mortui fuerant. Respondetur, non videri dubium quin peccatum illud in genere suo graue fuerit: nam erat contra præceptum grauisimis verbis latum. Deut. 7. Nihilominus tamen plium etiam fuit pro illis defunctis exorare, & sacrificium offerre: non quia per tales orationes, vel sacrificia possent à mortali culpa solui, sed in ea fortasse mortui fuerant: sed quia incertum erat an in tali peccato mortui essent: verisimile namque erat eos saltem in mortis articulo de tali peccato soluisse, veniamq; consecutos fuisse: præfertim cum pro fide: & religione pugnant, vitasque suas prodigerent: propterea enim ibi dicitur, Iudam considerasse, eos, qui pro pietate dormitionem acceperant epimam habere repositam gratiam. Fortasse etiam aliqui eorum poterant à culpa graui excusari, vel propter ignorantiam, vel propter leuem materiam, & si ob exemplum & societatem aliorum simul interfecti fuerint. Deniq; eo modo nunc Ecclesia orat pro omnibus in aliquo bello defunctis, & nos oramus pro mortuis vel interfectis: etiam si sciamus parum antea mortaliter peccasse: quia ignoramus, an Deus illis contulerit spiritum compunctionis, & hoc ipsum illis optamus: sic ergo sancta fuit, & prudens Machabæorum cogitatio. Nec dubitari potest quin veritati innixa fuerit: tum quia existimatio illa non fuit vnus vel alterius priuati, & indocti hominis: sed totius illius populi, in quo tunc erant sanctissimi viri, & in verâ fide satis instructi: tum etiâ, quia sacra Scriptura ita refert factum illud vt maxime laudet, nobisq; imitandum proponat. Tum denique: quia veram, ac propriam rationem illius facti eadem Scriptura profert, dicens, Bene, & religiose de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis.

Vbi altera difficultas occurrit, cur hoc fundet in resurrectione, & non potius in animæ immortalitate, cum hæc sufficiat, etiam si anima non esset iterum corpori vnenda. Sed quia hoc est alterius considerationis, dico breuiter, in diuina Scriptura, maxime in ordine ad præsentem causam, hæc pro eodem reputari: quia resurrectio supponit animæ immortalitatem, & hæc infert resurrectionem, si vera, & recta fides de diuina prouidentia, & iustitia in præmiâdis & puniendis hominū operibus habeatur: nam si Deus post hanc vitam præmia, & pœnas pro operibus confert, necesse est, vt non solum in animabus, sed etiam in corporibus illam seruet prouidentia. Huiusmodi ergo fides comprehenditur in illo loco sub illa bona & religiosa cogitatione de resurrectione: & eandem

Aaa 2 dem

1. Cor. 15.

dem supponit Paul. 1. Corint. 15. cum ait, Si mortui non resurgunt, quid mihi prodest comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Ac si diceret, si mortui non resurgunt, nulla poena vel gloria superest post hanc vitam pro eorum operibus, quia utrumque ad Dei providentiam & que pertinet, & utrumque in diuinis promissionibus, & comminationibus continetur; quia non animabus, sed hominibus praeiudicia, & poenae promittuntur, & ideo, resurrectione sublata, caetera auferri necesse est, vt recte Chrysof. & Ansel. in illum locum annotarunt. Sicigitur in praesenti perinde fuit dicere Iudam religiose de resurrectione cogitantem, pro mortuis sacrificia offerri fecisse, ac dicere religiose de diuina providentia, & de poenis ac praemiis hominum cogitantem, id fecisse.

Chrysof. Anselm.

Ex aliis stimantibus Purgatoriu colligitur

1. Reg. 31.

Beda 4.

Reg. 1 & 3.

Abulen.

2. Reg. 12.

Ex Tobia

4. eadem veritas colligitur.

Turrian. Eccl. 7.

Ianfen.

Ex Mala

chia. 3. & E

sai 4. Dan.

3. idem col-

ligit Augu.

Atque iuxta haec, potest veritas haec de purgatorio ex aliis locis veteris testamenti demonstrari, in quibus suffragia mortuis vtilia esse significatur: cu enim animae beatae illis non indigent, (idemque erat tempore legis veteris de animabus existentibus in sinu Abrahae, sola enim Christi morte iuari poterant) animabus vero damnatis vtilia esse non possunt, manifeste supponunt illa testimonia locum alium animarum, qui non est nisi purgatorium. Hoc ergo modo induci solet ad hanc veritatem confirmandam, id quod 1. Reg. 31. refertur de Iudaeis, qui ieiunauerunt septem diebus pro Saul, & aliis, qui cu eo mortui fuerant. Quod ieiunium fuisse pro mortuis, vt ad requiem peruenire valerent, exponit Beda lib. 4. in Samuelem e. vlt. & putat esse expositionem literalem. Simile est quod lib. 2. Reg. c. 1. refertur, Dauid, & qui cu eo erat, ieiunasse vsque ad vesperam super Saul, & Ionatham, & c. & quod c. 3. refertur dixisse Dauid ad populum post mortem Abner, Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Et statim dicitur, ieiunasse pro illo vsque ad vesperam. Sed haec testimonia eueruari possunt: quia illa ieiunia non videntur fuisse in suffragium defunctorum, sed in ostensionem tristitiae & doloris, et quod corrissent gladio, vt ibidem dicitur, sicut enim stebant & lamentabantur super mortuos, ita etiam ieiunabant: quod notauit Abul. 1. Reg. 31. q. 19. & 2. Reg. 1. q. 9. & c. 3. q. 33. & 34. Nihilominus probabilia sunt illa testimonia, quia verisimile est etiam facta esse illa ieiunia & afflictiones vtiuentium, vt prodesse defunctis: nam 2. Reg. 12. cu Dauid fleuisset, & ieiunasset pro impetranda vita filij sui infantis, postquam mortuum illum esse intellexit, non amplius luxit, seu ieiunauit, & rationem ipsemet reddidit: quia iam non poterat tale ieiunium puero esse vtile: quia (nimirum) nec reuocandus erat ad vitam, nec aliquid peccare poterat, pro cuius remissione ieiunium illud ipsi prodesse posset, vt ibidem notauit Abulen. quae 12. ergo cum pro aliis adultis Dauid ieiunauit, luxit, & c. verisimile est ipsu considerasse, potuisse ex illis afflictionibus vtilitate aliquam in mortuos redundare. Fortius argumentum sinitur ex verbis Tobiae 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulchrum iusti constitue. Hoc enim consilium non potuit in alio sensu esse sanctum & honestum, nisi quatenus panis, & vinum in sacrificium & oblationem Deo offerretur pro mortuis, aut in eleemosynam pauperum, vel sustentationem sacerdotum datur propter eundem finem, vt recte expendit Turrianus lib. 4. pro Epistolis Pontif. c. 14. adiungens illud Ecclesiast. 7. Mortuo non prohibeas gratiam, id est, beneficentiam & subsidium, quem locum Iansen. ibi pro hac veritate recte expendit. Praeterea purgatorium ignem colligit August. lib. 20. de Ciuitate c. 25. ex illo Malachiae 3. Sedebit constans & emundans argentum, & purgabit filios Levi: adiungens illud Isaiae 4. Lauabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem circumdabit de medio eorum in spiritu iudicij & spiritu combustionis. Et lib. 50. Homil.

in 16. adiungit illud Daniel. 7. Et fluius igneus surrebat ante eum. Sed haec loca alios habent literales sensus, in quibus explicandis nunc non possumus immorari. Et ob eandem causam omitto alia minus efficacia, quae ex 1. Reg. 2. Psalm. 29. 85. & aliis adduci solent.

Secundo probatur Purgatorium ex nouo Testamento.

EX nouo Testamento potest in primis sumi argumentum simile praecedenti: quia etiam ex illo habemus, defunctos posse iuari operibus, & satisfactionibus viuientium: quod non potest esse verum nisi de existentibus in Purgatorio, vt deductum est. Assumptum probatur ex Paulo 1. Corinth. 15. Quid faciunt qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt? Horum enim verborum sensus facilius, magisque literalis esse videtur: Quid faciunt qui affliguntur, & poenitentiam agunt pro iuuandis mortuis, si mortui non resurgunt? Hoc ergo adducit Paulus tanquam certum signum resurrectionis, supponens aperte, operari illo modo non esse vanum & inutile, sed fructuosum mortuis. De quo loco multa dixi in 2. tom. huius partis, vbi plures attuli expositiones, haec vero alii praetuli. Eius nunc solum addendum occurrit ex Turriano supra, & Pamel. in libr. Tertulliani de Coron. milit. num. 36. etiam si per verba illa, Baptizantur pro mortuis, intelligamus lauacra & exomias Iudaeorum, qui pro mortuis baptizabantur, eundem sensum, eandemque vim, quantum ad praesens attinet, retinere: quia etiam illa aspersiones legales fiebant pro mortuis, ad satisfaciendum scilicet pro illis. Vnde colligit sanctus Ephrem in suo Testamento, multo magis posse sacerdotes noui Testamenti pro mortuis offerre. Ex quo sicut Paulus colligit resurrectionem, nos immediatius colligimus penalitates aliquorum mortuorum temporales, in quibus per suffragia viuorum iuari possunt, & consequenter etiam colligimus Purgatorium.

Confirmari hoc ipsum solet ex verbis Christi Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, accipiant vos in aeterna tabernacula. Nam Sanctorum interpretatio est: facite eleemosynas pauperibus, qui vos adiuent cum ex hac vita exieritis, vt in aeterna beatitudine recipiamini. Sic fere Aug. 12. de Ciuit. cap. 27. Hieron. Epist. 151. ad Algal. q. 6. & alij super Lucam. Dicere vero potest aliquis, sicut ex hoc loco suffragia & intercessionis Sanctorum satis probabiliter colligantur (ideo enim dicuntur nos recipere in tabernacula aeterna: quia suis nos orationibus iuuant) tamen, quod hoc auxilium nobis praesent etiam post mortem nostram, vt inde colligatur Purgatorium, non videri ex illis verbis sufficienter colligi. Respondetur ex verbo illo, cum defeceritis, id colligi: nam illud deficere, non est condemnari, alias nunquam possent, qui sic deficerent, in aeterna tabernacula recipi: igitur nihil aliud significat, quam ex hac vita decedere, vt cum Theophyl. Euthym. & aliis, exponit Iansen. Aliquibus hoc non placet: quia Christus non loquitur de defectu mortis, qui communis est bonis, & malis, quia conuenit illis: quia mortales sunt: sed loquitur de defectu in reddenda ratione villicationis male administratae. Videtur ergo ibi, deficere esse a diuina gratia cadere, non perpetuo, sed in hac vita, & in ea condemnari, atque a Deo fugari. vnde Irenaeus lib. 4. c. 47. pro illis verbis, cum defeceritis, veritatem, postquam fugari fueritis, Fauet etiam Tertullianus lib. de fuga in persecutione ca. 13. vbi sic exponit, vt cum cepisset ab his decedere gratia, iuxta hanc vero expositionem nihil ex verbis citatis colligere possumus, quod ad rem

ad rem presentem conducatur: quia, si deficiere, tantum est in hac vita cadere a gratia & favore Dei, solum possumus ex illa parabola colligere, illos amicos, quos de mammona nobis comparamus, posse in hac vita nos iuuare ad gratiam Dei recuperandam, aut per elemosynas iterum a Deo impetrari posse gratiam perditam.

Non video autem cur verba illa ad tempus huius vitæ coarctanda sint, præsertim cum iuxta verborum proprietatem, recipi in æterna tabernacula, in futura vita, & non in præfenti contingat, nisi improprie, & remote, seu in radice. Optime ergo exponitur verbum illud, cum defeceris, vtique in reddenda ratione, sicut villicus defecerat reddendo rationem villicationis suæ: & quia hæc ratio proprie a nobis nõ postulatur nisi in morte, ideo etiam illud, defice, ad tempus mortis optime refertur: nam etiam, simpliciter loquendo, neminem Deus amouet a villicatione in hac vita, quãtũuis malus sit. Non omnes autem, qui in reddenda ratione deficiunt, possunt recipi in æterna tabernacula, aliqui tamen possunt, si non essentialis (vt sic dicam) & substantialis sit defectus, sed accidentalis & leuis. Atque hoc satis est, vt Christi consilium, & promissio locum habeant: nam cum ait, Vt recipiant vos in æterna tabernacula, subintelligit conditionem, Si aliunde vos fueritis capaces. Vel certe loquitur de facientibus elemosynas in charitate, & ex charitate: hi enim, licet aliquo modo deficiat in reddenda ratione, optime poterunt amicorum precibus iuuari. Et ita intellexisse videtur hunc locum August. dicto loco de Ciuitate, dicens, Christum loqui de quibusdam hominibus, nec ita malis, vt crimina committant de leuis elemosynis confisi, nec ita bonis, quin aliquid soluendum habeant.

His vero testimoniis optime consentiunt illa, in quibus significatur, post hanc vitam posse fieri aliquam peccatorum remissionem, seu potius solutionem: illa enim nõ possunt intelligi de peccatis mortalibus quoad culpam, vt suppono, ergo debent intelligi de venialibus, vel de omnibus quoad aliquam partem temporalem. Vtroque autem modo concluditur Purgatorij locus: quia neesse est illas animas: dum ab illis peccatis expiantur, in aliquo loco esse, & illum Purgatorium, appellamus. Huc autem in primis a commodari solent illa verba Matt. 5. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrante. Sed, vt Aug. notauit, li. 1. de Serm. Dom. in mont. capit. 11. illa particula, Donec, non significat pœnam aliquando esse finiendam, sed potius significat æternitatem pœnarum: sensus enim est, omnium peccatorum etiam minimorum pœna a te exigetur, & ita tolues vsque ad minimum quadrante, & quia nõquam satis tolues, semper tolues: Ita vero est hic sensus accipiendus, vt tamen veritati Purgatorij non repugnet: intelligi ergo debet generaliter seu permissiue, vel accomode. Monet enim Christus, vt in via, id est, quandiu in hoc mundo versamur, causas nostras cum Deo, cum aduersario (quicumque ille sit) componamus: nam si postea in Dei iudicium incidimus, & rei seu debitores inuenti fuerimus, non exiemus a carcere, donec reddamus vsque ad minimum debitum: quod si reddere non possumus, vt continget damnatis, nunquam inde eximus: si autem reddere possumus, vt eueniet iustis, qui nondum plene satis fecerunt, persoluemus quidem exacte, donec minimum etiam reddamus, tamen, toto debito soluto, inde exiemus. Atq; ita verba hæc per se sola non probant, si tamen alias ostendatur dari aliquem reatum pœne temporalis in hominibus iustis, & capacitatem ex parte illorum ad satisfaciendum pro illa, recte ex illis verbis concluditur, posse huiusmodi iustos in eo statu peruenire ad Dei iudicium, ac propterea mitti in carcerem donec soluat, ibi autem posse solvere vsque ad minimum, & con-

Fr. Suarez, tom. 4.

A sequeretur inde exire, atque adeo carcerem illum Purgatorium esse. Et hoc modo intelligendi sunt Patres, qui hunc sensum interdum indicant. Citatur Hieronymus ibi, & Epist. 8 ad Demetriad. & Ambr. Luc. 12. & Athanas. quæst. 26. ad Antioch. sed hi fere nihil amplius dicunt, quam minima etiam peccata puniri a Deo, & neminem inde exire donec soluat: an vero aliquid post hanc vitam soluant, non declarant. Expressius id affirmant Tertullia. libro de Anima, c. 35. & vlt. & Cypria. Epist. 52. ad Antonian. & lib. 2. ad Quirin. cap. 57. Possuntq; verba Christi in hunc sensum induci: quia licet ex forma illius locutionis, & ex vi illius particule, Donec, non affirmetur aliquid in futurum, sed negetur exitus, donec fiat integra solutio: nihilominus videtur supponi, aliquando esse solutionem possibilem, & consequenter etiam exitum a carcere: nam de re impossibili non ita loquimur. Atque hoc satis est ad colligendum, pro aliquibus peccatis seu debitis peccatorum, posse post hanc vitam solui, & consequenter esse aliquem carcerem deputatum ad hoc genus solutionis, quæ facta, inde possit exiri.

Probari etiam solet illud assumptum ex verbis illis Matt. 12. Non remittetur in hoc seculo, neque in futuro, scilicet, blasphemia in spiritu sanctum. In his enim verbis plane supponi videtur remissionem aliquam peccatorum fieri nonnunquam in vita futura. Nemo enim ita loquitur de re impossibili pro illo statu: quis enim dicat, Non ducam uxorem neque in hoc seculo, neque in futuro: vel quidpiam simile? quando ergo aliquid in vtroque seculo fieri contingit, vt negetur vnquam futurum, recte dicitur non esse futurum, vel in hoc seculo, vel in futuro. Et ideo nihil repugnat quod Marcus cap. 3. dixerit, Non habet remissionem in æternum: nam hoc ipsum explicatius dixit Matthæus, significans, licet alia peccata in futura vita remittantur, hoc vero minime. De quo, qualiter intelligendum sit, superius est a nobis disputatum, nunc enim solam illam particulam expendimus: fuitq; consideratio Aug. lib. 6. contra Iulian. cap. 15. & lib. 21. de Ciuit. 14. a quo id didicerunt Beda in illum locum, Isidor. lib. 1. de Diuin. offic. cap. de Sacrificio Missæ. Greg. 4. Dialogor. ca. 39. Bern. ferm. 66. in Cantic. Chryl. auto. quem Græci sequuntur, in Math. homil. 42. habet aliam expositionem, quæ in eo videri potest, nam ad causam non refert, & sensus explicatus, est syncerior & planior ipsiq; verbis conformior.

Vltimo tamen circa hoc totum argumentum dicere quis potest, licet aliqua peccata remittantur post hanc vitam, non satis inferri Purgatorium: quia peccata venialia remitti possunt post mortem quoad culpam, quod satis est ad illorum testimoniorum veritatem; & tamen illa peccata dimittuntur in ipso instanti mortis cum primum anima est a corpore separata, propter quod instans non est neesse ponere specialem locum Purgatorij: nam pro illo instanti fortasse nõdum anima mutauit locum quoad præsentiam substantiæ suæ: vel satis esse posset quod in ipsa via ad cœlum per interiores actus mundatur: quod autem vltra hoc aliquid aliud requiratur, ex illis locis colligi non potest. Responderetur, etiam rationem hanc magis pertinere ad alias quæstiones, vbi fit Purgatorium, vel quantum daret pœna eius, quam ad quæstionem au sit, quomodo docentq; enim intelligamus intercedere aliquam moram inter statum huius vitæ, & ingressum beatitudinis, in qua animam separata a corpore a peccatis mundatur, intelligitur Purgatorium esse, vbicumque, & quantumuis breue intelligatur. Addo vero, ex vltimis Christi verbis concludi, nõ sola peccata venialia remitti in vita futura, sed etiam mortalia; nam peccatum in Spiritum sanctum mortale, & grauissimũ est, & de illo ait Christus, non remitti in hoc seculo, neque in futuro: contingit ergo etiam mortalia peccata re-

AAA 3 mitti

Hieron. Ambros. Athan.

Tertull. Cyprian.

Aligua peccata esse post hanc vitam remissa pro-

bat.

Matth. 12.

Matth. 3.

Aug. Beda. Isidor. Greg. Bernard. Chryl.

Obiect.

Enodatur.

Maldenati supposito.

August.

10

Ex aliis testimonis purgatorij colligitur.

Matth.

August.

mitti in seculo futuro: quod cum non possit intelligi de remissione quoad culpam, necessario intelligendum est quoad poenam, quae non statim vno momento persolvitur, nec per solos actus interiores purgatur, sed per alia poenarum genera, ut postea videbimus.

19
Aliquis poenas in futuro vita habere finem ostenditur ex Act. 2.

Tertio principaliter afferri possunt ex nouo testamento illa testimonia, in quibus asseritur, quod poenas future vite habere finem, & ex illis fieri transitum ad aeternam requiem. Solet hoc colligi ex verbis illis Actuum 2. *Quem Deus suscitauit a mortuis, solutus doloribus inferni, id est, ablatiis poenis inferni: non quidem ab ipso Christo, de quo ibi est sermo, sed ab eis quos ipse resurgendo ab inferno liberauit. Vnde Policarp. Epist. ad Philippen. ad hunc locum alludens ait; Quem Deus suscitauit soluens dolores inferni. Atque ita hunc locum exposuit August. lib. 12. Genes. ad liter. capit. 37. ubi declarat, per infernum non posse ibi intelligi Sinum Abraham: licet autem non exponat quis locus inferni ille sit, necessario intelligere debuit Purgatorium, quia a ceteris locis neminem Christus eduxit. Dixi plura de hoc testimonio in 2. tom. huius 3. p. in Comment. art. 4. q. 52. & in Disp. 43. sect. 1. Adduci praeterea hic solet locus ille difficilis Matth. 5. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio; qui autem dixerit fatue, reus erit gehenne ignis.* Nam omnia haec membra continent comminationem alicuius poenae; & solum in tertio membro fit comminatio poenae inferni, & aeternae: ergo praeter eam est aliud genus temporalis poenae, qualis est in solo Purgatorio. Sed hic locus perobscurus est, & non spectans ad praesentem controuersiam, quia valde probabile est omnia illa membra significare aeternam condemnationem, & poenam maiorem vel minorem pro qualitate delictorum: quomodo autem haec in qualitate illis verbis significetur tam in delictis, quam in poenis, quomodo etiam illi peccatorum gradus tales sint, ut mereantur aeternam poenam, non est huius loci explicare.*

Matth. 5.

Expenditur Pauli locus 1. Cor. 3.

Racipuus ergo, & celebris locus, ex quo haec poena temporalis colligitur, est ille Pauli primae Corinth. tertio. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, lignum, & saxum, & stipulam, vnusquisque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnusquisque que opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superaedificatur, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipsi autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Cuius testimonii vis in his vltimis verbis posita est, quibus affirmari videtur a Paulo aliquos saluari per ignem, eo quod aliqua opera fecerint igne digna, non aeterno sed temporali, qui non videtur posse esse alius, nisi purgatorius ignis. Quia vero talia opera metaphoricis nominibus significantur, ideo in primis declarandum est, quid per lignum, saxum & stipulam significetur, hinc enim caetera pendent, quae ad nostrum institutum spectant. Aliqui ergo per has voces intelligunt opera vitae actiuae, quae bona sunt, tamen circa temporalia versantur, & ad illa ita afficiunt, ut postea non sine dolore amittantur. Hanc expositionem indicat aliquando Augustinus infra citandus, & non displicet Anselmo. D. Thom. autem, & alij eam reiciunt, nisi ea opera sumantur, quatenus aliquid culpae illis admiscetur. Nam quod per illas voces metaphoricè significauerit Paulus praua opera, quae a fidelibus sunt, manifestum esse videtur, tum ex omnium expositione, tum ex aliis vocibus, aurum, ar-*

gentum, &c. quae plane bona opera significant, aut (quod perinde est) spirituales fructus eorum: tum denique ex omnibus quae sequuntur de probatione & examinatione operum per ignem.

Difficultas vero est, an illae voces significant peccata mortalia, aut venialia. Est enim multorum opinio, principaliter indicare mortalia: quia Paulus duos tantum ordines operum posuit, bonorum scilicet, & malorum: ergo sub malis mortalia peccata comprehendit. Nec enim dici potest ea praereminisse: quia non possunt superaedificari supra illud fundamentum, quod est Christus: nam etiam venialia peccata non possunt super illud fundari, formaliter loquendo, materialiter autem, sicut ille, qui per fidem est in hoc fundamentum fundatus, potest venialia peccata superaedificare, ita etiam mortalia. Ergo haec Paulus sub illis vocibus metaphoricè comprehendit. Quod sensisse videtur Hieronym. in capit. Hieremiae, dicens, *Qui leui peccatorum sordem maculatus est, leuioribus purgatur monitis: porro peccata grauius ad mortem trahunt, grauioribus tormentis indigent, vnusquisque enim opus quale sit, ignis probabit.* In quibus vltimis verbis alludit ad praesens testimonium Pauli. Idem vero Hiero. Nahum. i. etiam de operibus haereticorum haec verba exponit. Quod etiam habet Zach. 1. De mortalibus etiam peccatis has voces exposuerunt Paulinus Epist. 29. ad Aprum, & Arnoldus tract. vlt. de Verbis Domini in cruce. Eademque expositionem sequitur, & nonnullis testimoniis confirmat Turrianus lib. 4. contra Magdeburg. cap. 13.

Iuxta hanc vero interpretationem, illa posteriora verba, *Ipsi autem saluus erit, non erunt intelligenda de aeterna salute ac gloria, sed solum de permanentia talis hominis, seu animae eius: ac si diceretur, quauis opus destruat, non tamen ipsa persona, non enim redigetur in nihilum, sed consuetabitur ut aeterno igne crucietur.* Quae fuit expositio Chrysostomi homil. 9. in priorem ad Corinth. quid dicit interdum uti Paulum nomine praeferebat bonum aliquod ad significantum potius malum, atque ita in proposito illud, *saluus erit, seu saluabitur, non veram salutem, sed permanentiam hominis peccatoris ad aeternitatem poenae significare.* Quam expositionem sequitur Theophylact. & eam indicauit Greg. Nazian. Orat. 39. in fine, ubi de Nouatianis haereticis loquens ait, *Si via sua insistant, in altero euo igne baptizabuntur, qui postremus est baptizatus, nec solum acerbius, sed diuturnior, qui crassam materiam in statera senci depascitur, vti que omnis leuitatem abstulit.* Vbi Nizetas de igne sempiterno haec verbantelligit, nec possunt de alio exponi, cum haereticis in suis erroribus manentes alio igni non referentur. Eadem expositio habetur in questionibus ad Antiochum inter opera Athanasij quae 131. *Detrimendum (inquit) patietur regni calarum, ipse vero manebit integre panas luens.* Eandem habet Anastas. Nicen. libr. quaestio. in Scripturam, quae 60. Et hanc expositionem defendebant Patres Graeci in Concilio Ferrariensi, sess. 1. in princ. Eandem necessarium sequi debent omnes, qui nomine sumi, &c. vel peccatum mortale in genere, vel peccatum speciale praedicandi, seu superaedificandi, falsa dogmata intelligunt, ut Clem. Alexand. lib. 5. Stromat. non longe a principio. Hieronym. in id Iesai. 5. Alex. *Va qui coniungitis domum ad domum: quauis non tam exponere, quam verba accommodare videatur.*

Haec vero expositio probari nullo modo potest. Et primo Patres Latini in dicto Concilio Ferrariensi sess. 1. vim faciunt in verbo illo, *saluabitur*, quod in Scriptura semper in bonam partem sumitur pro consequutione salutis, seu vitae corporalis, vel spiritualis, vel temporalis, vel aeternae, iuxta loci circumstantiam, ut videre est frequenter in Psalm. 11. *Saluum me fac De-*

Matth. 4. fac Domine quoniam defectus sanctus. 79. Deus virtutum conuertere nos, ostende faciem tuam & salu erimus. 85. Saluum fac seruum tuum, &c. Matth. 14. Domine, Saluum me sic: vbi Græce idem verbum habetur. Vnde constat & verbum saluandi semper in bonam partem, & pro conseruatione illius vitæ, quæ amitti poterat, vel periculis erat exposita, accipi: existentia vero animæ rationalis non est huiusmodi, & ideo saluari propriè non dicitur, ex eo solum quod in esse conseruetur. Secundo, non dicit Apostolus Saluabitur in igne, sed per ignem, quo aperte significat non permanens in igne, sed transiturum per ignem & ita consequentur salutem, quod vno verbo Tertul. exposuit libro 5. contra Marcion. cap. 6. dicens: Merces ille per ignem rependatur. Idem Hieronym. in Amos 4. & Cyprian. Epist. 52. ad Antonian. dicens, Horum pro peccatis longo dolore cruciatus emendari, & purgari diu igne. Et oprime Orig. hom. 6. in Exod. Idcirco qui saluus sit, per ignem saluus sit. vti quid plumbi habuerit admistum, id ignis decoquat, & resoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum. Et eandem expositionem eleganter profecquitur homil. 12. in Hierem. Sed oportet aduertere, licet hæc loca Origenis, & similia dictam expositionem recte confirment, non tamen veritate Purgatorij quia ille, vt notauit August. 21. de Ciuit. cap. 15. & 17. omnem ignem vitæ futuræ Purgatorium facit, quia nullas agnoscit æternas poenas, sed omnes putat aliquando futuros aurum bonum (vt eius verbis vtamur.) In citata vero hom. 6. in Exod. indicat per villa, tria peccata cordis, verbi, & operis, atq; ita vniuersa peccata significari. Sed Origenem omittamus.

Tertul. in igne, sed per ignem, quo aperte significat non permanens in igne, sed transiturum per ignem & ita consequentur salutem, quod vno verbo Tertul. exposuit libro 5. contra Marcion. cap. 6. dicens: Merces ille per ignem rependatur. Idem Hieronym. in Amos 4. & Cyprian. Epist. 52. ad Antonian. dicens, Horum pro peccatis longo dolore cruciatus emendari, & purgari diu igne. Et oprime Orig. hom. 6. in Exod. Idcirco qui saluus sit, per ignem saluus sit. vti quid plumbi habuerit admistum, id ignis decoquat, & resoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum. Et eandem expositionem eleganter profecquitur homil. 12. in Hierem. Sed oportet aduertere, licet hæc loca Origenis, & similia dictam expositionem recte confirment, non tamen veritate Purgatorij quia ille, vt notauit August. 21. de Ciuit. cap. 15. & 17. omnem ignem vitæ futuræ Purgatorium facit, quia nullas agnoscit æternas poenas, sed omnes putat aliquando futuros aurum bonum (vt eius verbis vtamur.) In citata vero hom. 6. in Exod. indicat per villa, tria peccata cordis, verbi, & operis, atq; ita vniuersa peccata significari. Sed Origenem omittamus.

Orig. Merces ille per ignem rependatur. Idem Hieronym. in Amos 4. & Cyprian. Epist. 52. ad Antonian. dicens, Horum pro peccatis longo dolore cruciatus emendari, & purgari diu igne. Et oprime Orig. hom. 6. in Exod. Idcirco qui saluus sit, per ignem saluus sit. vti quid plumbi habuerit admistum, id ignis decoquat, & resoluat, vt efficiantur omnes aurum bonum. Et eandem expositionem eleganter profecquitur homil. 12. in Hierem. Sed oportet aduertere, licet hæc loca Origenis, & similia dictam expositionem recte confirment, non tamen veritate Purgatorij quia ille, vt notauit August. 21. de Ciuit. cap. 15. & 17. omnem ignem vitæ futuræ Purgatorium facit, quia nullas agnoscit æternas poenas, sed omnes putat aliquando futuros aurum bonum (vt eius verbis vtamur.) In citata vero hom. 6. in Exod. indicat per villa, tria peccata cordis, verbi, & operis, atq; ita vniuersa peccata significari. Sed Origenem omittamus.

Aug. Melius confirmat eandem expositionem Hieronymus libro 2. contra Iouinia post medium, ex hoc loco colligens, inter saluationem & saluationem esse diuersitatem: nam quædam sit per ignem purgationem & consumentem praua opera, alia sine igne loquitur autem aperte de saluatione æterna. Vnde idem Hieronym. Itaq; 65. in fine, ex professo ostendit contra Origenem, damnatorum poenas futuras esse æternas, tandem vero concludit, Christianorum, quorum opera per ignem probanda sunt, atque purganda, moderatam ac misericordiam esse sententiam iudicis. Quia nimirum tantum ad temporalem poenam damnantur. Oportet tamen Christianorum nomine, illos solos intelligere, qui in Christo per fidem viam fundati sunt, & aliquid nihilominus habent, quod oporteat igne consumi. Eodem modo de vera animæ salute intellexit locum illum Ambros. ibi recte inde colligens dari purgatorium: & enarrat. in Psal. 36. in illa verba, Arcus eorum intro in corda ipsorum, &c. vbi breuiter quidem tamen eleganter locum hunc attingit. Cui merito adiungi potest Basil. Orat. in cap. 9. Itaq; in fine, vbi exponens verba illa. Erit populus ab igne deustus (vt ipse legit,) seu quasi seca ignis, vt habet vulgata, inquit, Non omnimodam interuentionem, & exterminium comminatur, sed inuit expurgationem iuxta Apostoli sententiam. Sic ergo constans, Apostolum loqui de salute spirituali & æterna obtinenda, non in igne, sed per ignem, qui ad tempus erat, ad salutem vero æternam animam purificet.

Melius confirmat eandem expositionem Hieronymus libro 2. contra Iouinia post medium, ex hoc loco colligens, inter saluationem & saluationem esse diuersitatem: nam quædam sit per ignem purgationem & consumentem praua opera, alia sine igne loquitur autem aperte de saluatione æterna. Vnde idem Hieronym. Itaq; 65. in fine, ex professo ostendit contra Origenem, damnatorum poenas futuras esse æternas, tandem vero concludit, Christianorum, quorum opera per ignem probanda sunt, atque purganda, moderatam ac misericordiam esse sententiam iudicis. Quia nimirum tantum ad temporalem poenam damnantur. Oportet tamen Christianorum nomine, illos solos intelligere, qui in Christo per fidem viam fundati sunt, & aliquid nihilominus habent, quod oporteat igne consumi. Eodem modo de vera animæ salute intellexit locum illum Ambros. ibi recte inde colligens dari purgatorium: & enarrat. in Psal. 36. in illa verba, Arcus eorum intro in corda ipsorum, &c. vbi breuiter quidem tamen eleganter locum hunc attingit. Cui merito adiungi potest Basil. Orat. in cap. 9. Itaq; in fine, vbi exponens verba illa. Erit populus ab igne deustus (vt ipse legit,) seu quasi seca ignis, vt habet vulgata, inquit, Non omnimodam interuentionem, & exterminium comminatur, sed inuit expurgationem iuxta Apostoli sententiam. Sic ergo constans, Apostolum loqui de salute spirituali & æterna obtinenda, non in igne, sed per ignem, qui ad tempus erat, ad salutem vero æternam animam purificet.

Hinc vterius fieri non potest, vt per verba illa lignum, fennum, & stipulam peccata mortalia significentur quatenus talia sunt: nam qui hæc commiserit, & cum eis in iudicio diuino apparuerit, non saluabitur per ignem, sed ad ignem perpetuo damnabitur; debent ergo intelligi venialia tantum peccata, aut ad summum ea etiam mortalia, quæ per veram penitentiam venialia sunt effecta, seu potius venialia digna, etiam si non sint perfecte remissa. Cui expositioni magis etiam quadrat ipsorum verborum metaphoræ, quæ res leuiiores indicat: nam peccata mortalia potius plumbum, æs aut ferrum dicenda essent, vt dixit Gregorius 4. Dialog. cap. 39. Estque hæc frequens sanctorum expositio, quos statim referam. Reperitur autem inter eos quædam diuersitas: nam quidam hunc locum intelligunt de quibuscunque iustus in Christo fundatis, superædificatis aut bona opera, aut defectuosa & maculata: & sic exponentes, consequenter intelligunt per illas tres voces quælibet peccata venialia, quæ intra suam latitudinem in illos tres gradus distingui possunt, grauiora quæ difficilius comburuntur, sicut lignum, leuiora quæ facillime vruntur, sicut stipula: & media, quæ per fennum intelliguntur. Sumitur ex Origene supra, & Augustino serm. 41. de Sanctis. Enchirid. capit. 68. & libr. quæst. ad Dulcimum, quæst. 1. in fin. Gregor. supra, & optime ex Cæsario Homilia octaua, D. Thoma prima secunda quæst. 89. articulo secundo, præsertim ad quartum. Atque hoc sensu dixit Hieron. libr. 2. contra Iouin. non longe à principio, Cum viderit (scilicet dæmō) nos super fundamentum Christi edificare fennum, ligna, & stipulam (id est, venialia peccata) tunc supponit incendium (id est, tentationem ad mortaliter peccandum) vnde subiungit, edificemus ergo aurum, argentum, & lapides preciosos, & sentare non audebit.

Hinc vterius fieri non potest, vt per verba illa lignum, fennum, & stipulam peccata mortalia significentur quatenus talia sunt: nam qui hæc commiserit, & cum eis in iudicio diuino apparuerit, non saluabitur per ignem, sed ad ignem perpetuo damnabitur; debent ergo intelligi venialia tantum peccata, aut ad summum ea etiam mortalia, quæ per veram penitentiam venialia sunt effecta, seu potius venialia digna, etiam si non sint perfecte remissa. Cui expositioni magis etiam quadrat ipsorum verborum metaphoræ, quæ res leuiiores indicat: nam peccata mortalia potius plumbum, æs aut ferrum dicenda essent, vt dixit Gregorius 4. Dialog. cap. 39. Estque hæc frequens sanctorum expositio, quos statim referam. Reperitur autem inter eos quædam diuersitas: nam quidam hunc locum intelligunt de quibuscunque iustus in Christo fundatis, superædificatis aut bona opera, aut defectuosa & maculata: & sic exponentes, consequenter intelligunt per illas tres voces quælibet peccata venialia, quæ intra suam latitudinem in illos tres gradus distingui possunt, grauiora quæ difficilius comburuntur, sicut lignum, leuiora quæ facillime vruntur, sicut stipula: & media, quæ per fennum intelliguntur. Sumitur ex Origene supra, & Augustino serm. 41. de Sanctis. Enchirid. capit. 68. & libr. quæst. ad Dulcimum, quæst. 1. in fin. Gregor. supra, & optime ex Cæsario Homilia octaua, D. Thoma prima secunda quæst. 89. articulo secundo, præsertim ad quartum. Atque hoc sensu dixit Hieron. libr. 2. contra Iouin. non longe à principio, Cum viderit (scilicet dæmō) nos super fundamentum Christi edificare fennum, ligna, & stipulam (id est, venialia peccata) tunc supponit incendium (id est, tentationem ad mortaliter peccandum) vnde subiungit, edificemus ergo aurum, argentum, & lapides preciosos, & sentare non audebit.

Reperitur autem inter eos quædam diuersitas: nam quidam hunc locum intelligunt de quibuscunque iustus in Christo fundatis, superædificatis aut bona opera, aut defectuosa & maculata: & sic exponentes, consequenter intelligunt per illas tres voces quælibet peccata venialia, quæ intra suam latitudinem in illos tres gradus distingui possunt, grauiora quæ difficilius comburuntur, sicut lignum, leuiora quæ facillime vruntur, sicut stipula: & media, quæ per fennum intelliguntur. Sumitur ex Origene supra, & Augustino serm. 41. de Sanctis. Enchirid. capit. 68. & libr. quæst. ad Dulcimum, quæst. 1. in fin. Gregor. supra, & optime ex Cæsario Homilia octaua, D. Thoma prima secunda quæst. 89. articulo secundo, præsertim ad quartum. Atque hoc sensu dixit Hieron. libr. 2. contra Iouin. non longe à principio, Cum viderit (scilicet dæmō) nos super fundamentum Christi edificare fennum, ligna, & stipulam (id est, venialia peccata) tunc supponit incendium (id est, tentationem ad mortaliter peccandum) vnde subiungit, edificemus ergo aurum, argentum, & lapides preciosos, & sentare non audebit.

Alij vero intelligunt Paulum loqui non generaliter de omnibus, sed de prædicatoribus Euangelij, de quibus ibi ad litteram loquebatur, quos adiutor res Dei vocat, qui sua doctrina & fundamentum ponunt, Christum in cordibus plantando, & superædificant, ad spirituales fructus hominem promouendo. Vnde subdit de se. Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat: vnusquisque autem videat, quomodo superædificat. Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. Tunc autem subiungit: Si quis autem superædificat argentum, &c. id est, si prædicator Euangelij optimam doctrinam prædicat, &c. mercedem accipiet. Si vero superædificet lignum, &c. id est, prædicet res parum viles, & curiosas seu leues detrimentum patietur, saluus tamen erit per ignem. Hanc expositionem refert ibi Anselmus, non tamen approbat, licet probabilem existimet. Diuus Thomas vero vtramque expositionem refert, & approbat, neutram præferendo. Caietanus autem eam anteponit: quod & alij sequuntur, indicatque à Tertulliano libro 7. contra Marcion. capite sexto, dicente, Paulum posuisse vnicum fundamentum, quod est Christus, super quod prout quisque superstruxerit, dignam, vel indignam doctrinam, sic opus eius per ignem probabitur, sic merces ei per ignem rependatur, &c. Debent autem hæc verba intelligi de indigna doctrina, non quacunque, sed illa quæ non labefactat ædificium, licet illud non promoueat. Doctrina enim hæretica euertit omnino ædificium: doctrina etiam contra bonos mores destruit formam eius, quæ est charitas: & ideo qui talem doctrinam prædicant, nec superædificare dicuntur, nec saluari per ignem, sed omnino condemnari, quantum est ex vi talium operum. Est ergo sermo de indigna doctrina, id est, vana & inutili, quæ superædificatur quidem à Doctore, sed non auget, imo impedire potest incrementum ædificij: tamen: quia ex suo genere hoc non est peccatum mortale, ideo non impedit quin pro aliis operibus merces rependatur per ignem.

Diuersitas autem inter has expositiones ab illis verbis sumenda est, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Illud enim relatiuum, alius, potest referri ad quemcunque alium à Paulo, qui superædificet fundamento ab ipso posito. Potest autem superædificare & ipsemet fidelis, qui à Paulo, vel ab alio ministro Euangelij ad Christi fidem & dilectionem conuersus fuit: nam postea vnusquisque suis cogitationibus, verbis, & operibus superædificat supra fundamentum positum. Potest item superædificare qui libet alius prædicator, vt per se constat, iuxta illius ergo verbi intelligentiam cæteris

Diuersitas autem inter has expositiones ab illis verbis sumenda est, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Illud enim relatiuum, alius, potest referri ad quemcunque alium à Paulo, qui superædificet fundamento ab ipso posito. Potest autem superædificare & ipsemet fidelis, qui à Paulo, vel ab alio ministro Euangelij ad Christi fidem & dilectionem conuersus fuit: nam postea vnusquisque suis cogitationibus, verbis, & operibus superædificat supra fundamentum positum. Potest item superædificare qui libet alius prædicator, vt per se constat, iuxta illius ergo verbi intelligentiam cæteris

Ter verba lignum, fennum, & stipulam peccata mortalia significentur, &c. peccata venialia aut mortalia quæ ad summum ea etiam mortalia, quæ per veram penitentiam venialia sunt effecta, &c. significari.

Greg.

Quædam expositio verbis superædificare de quibuscunque iustus.

Altorum expositio verbi superædificare da prædicatoribus.

Anselm. D. Tho. Caiet.

11

accommodanda sunt, ut procedat dictæ expositiones, nec ex textu satis clare constat, quis illorum superædificantium referatur, an vero Paulus indifferenter fuerit locutus de quocunque super ædificante, quod certe probabile est. Et saltem quantum ad rem ipsam spectat, verumque verum est, & parum ad præsens institutum refert, quod vno vel alio modo exponatur, dummodo constet Paulum loqui de venialibus culpis, quod in extrinseco superædificatore iam exposuimus: in intrinseco vero seu in ipso homine operante constat: quia dici non potest superædificare mortalia peccata, illa enim evertunt ædificium: quia licet non tollant fidem absolute, tollunt saltem vitam eius, & tollunt Christum ex cordibus, licet non tollat ab intellectu. Paulus autem loquitur de hominibus ita fundatis in Christo, ut digni sint mercede ac præmio, si recte operantur, atque adeo de fundatis in Christo per fidem vitam, quales credebatur esse Corinthios, ad quos scribebat. Quæ fuit expositio August. lib. de Fide & operibus cap. 1. tom. 4. & lib. 21. de Ciuit. cap. 26. Ac propterea in hac enumeratione operum nullam facit Apostolus mentionem peccatorum mortalium, ad quos illa non superædificantur, cum destruant ædificium: nec de sic operante dicit, *Saluus eris per ignem, sed, Qui templum Dei violauerit, destruet illum Deus*; 1. Corinthio. 3. Vnde ad id quod obiiciebatur, quia etiam peccata venialia non superædificantur. Respondetur, licet non superædificentur formaliter ipsi ædificio gratiæ: quia non augent illam, superædificantur personæ habenti & retinenti gratiam, & ideo diuersa est ratio.

Quid per ignem in illo Pauli loco significetur.

22 **S**ed adhuc superest difficultas quid per ignem in illis vltimis verbis intelligatur hinc etiam maxime pendet efficacia huius probationis. Non enim videtur posse significari aliquis purgatorius ignis vitæ futuræ. Vniuersumque enim opus quale sit, ignis probabit, inquit Apostolus: at constat bona opera non esse probanda per ignem Purgatorij: non est ergo ibi sermo de Purgatorio igne. August. ergo in locis nuper citatis, & lib. de Fide & symb. c. 16. quæ Gregorius citato loco imitatur, hunc locum intelligit de igne tribulationis. Quod si obiicias: quia hoc igne tam boni quam mali vti solent, & affligi, imo frequentius illum patiuntur iusti, qui aurum, & c. superædificant quam alij, qui sœnum, & c. Respondetur concedendo assumptum, neque id esse contrarium intentioni Pauli, sed consentaneum, cum dicat, utrosque esse per ignem probandos. Differentia ergo est, quod viros perfectos ita vrit tribulatio, ut licet eorum corpora patiantur, opera tamè integra maneat, & Deo placita. Imperfecti vero ita affliguntur, ut & opera eorum imperfecta, & inutilia appareant, in quo magnum detrimentum patiuntur. Vel aliter, iuxta mentem eiusdè Augustini, boni & perfecti dum in his temporalibus rebus patiuntur, non solum non contristantur de illorum amissione, verum potius gaudent, eorumque opera semper manent integra, quia amorem suum non in his rebus, sed in Deo collocarunt: at imperfecti dum in his rebus patiuntur, contristantur valde, quia ea immoderate amant, & non sine dolore amittunt, quod cum amore possidetur: & nihilominus per hunc ignem saluantur: quia, licet doleant, fundamentum tamen non admittunt, nec à Dei amore recedunt. vnde fit, ut diuersa ratione vtrique trāseant per hunc ignem perfecti ad probationem & augmentum mercedis, imperfecti vero ad purgationem, & ut eis tollantur impedimenta salutis.

23 **H**æc expositio cōtinet bonam doctrinam, nō tamen videtur verbis & contextui posse satis accom-

modari. Et primum si intelligamus Paulum loqui de prædicatoribus & doctoribus Euangelij, qui in doctrina sua superædificant aurum, vel lignum, & c. nullo modo potest illa expositio adaptari. Deinde secundum aliam expositionem, verba illa, *Dies Domini declarabit*, non possunt commode intelligi nisi de die iudicij, vel generalis, vel particularis: hoc enim significat illa locutio iuxta communem phrasim Scripturæ. At vero iuxta dictam expositionem necesse est intelligere per *Diem Domini*, quemcumque diem tribulationis huius vitæ, quod vixatum non est. Et præterea, si Paulus loqueretur de tribulationibus huius vitæ, nō potuisset absolute promittere, *Saluus eris per ignem*, id est, per tribulationem: multi enim imperfecti, in tribulatione deficiunt, & grauius labuntur, quia illa, quæ amabant, amittunt. Alij vero adhuc per tribulationes non satis purgantur. Et ideo, etiam si quis velit hanc expositionem sustinere, nō potest solas tribulationes huius vitæ intelligere, & omnino purgatorium ignem excludere. Nam tribulationes huius vitæ non semper purgant perfecte has leues maculas. Et ideo etiam ipse Augustinus serm. 41. de Sanctis, dixit, hæc peccata leuora in hoc seculo purgari per tribulationes, ut in futuro, ille purgatorius ignis aut non inueniat, aut certe parum inueniat quod excuset.

Alij ergo locum hic exponunt de igne conflagrationis, putant enim diem illū Domini, de quo Paulus loquitur, esse diem iudicij vniuersalis: quia de illo ad literam verum est illud, *Quia in igne reuelabitur*. Hanc expositionem habet Chrysost. hom. 6. ad Popul. Sed reuera, vel nō est propria, vel non est ad æquata huius loco. Nam Paulus, vel non loquitur de illo igne, vel saltem non de illo solo, sed in vniuersum de igne puniente, & purgante iustos à leuibus maculis in fine huius vitæ. Vt hoc autem clarius intelligatur, recolere necesse est, duplicem ignem futurum in vltimo & vniuersali iudicio: vnum post peractum iudicium ad mundum innouandum, qui proprie dicitur ignis conflagrationis, & de hoc non potest hic locus Pauli intelligi: quia ille nec declarabit, nec purgabit opera iustorum: iam enim erunt declarata, & digna merces, vel pœna eis erit retributa: alium autē iudicium, qui iudicem præcedet, & de hoc postea apparet huius locus intelligi quoad aliqua verba, illa præcipue, *Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur*. Sed tamen sequentia non possunt illi adaptari: quia iuxta vniuersalem sententiam, hic etiam ignis supponet factam resurrectionem hominum, & consequenter supponet omnes iustos iam plene purgatos, vnde nullo modo per illū saluabuntur, nec illorum opera igne illo comburentur. Imo licet daremus illum ignem futurum ante resurrectionem, ideoque posse munus illud exercere circa aliquos iustos, quos tunc viuentes in carne mortali, & nondum plene purgatos reperiet: nihilominus non poterit hoc munus exercere circa omnes iustos, qui sœnum, & stipulam superædificant, cum tamen Paulus vniuersè loquatur. Et ideo dixi expositionem illam, vel non esse ad æquata, vel nullo modo ad hunc locum spectare. Videatur quæ de hac materia dixi to. 2. huius tertie partis, Disput. 57. sect. 1. & Disput. 58. sect. 1. & 2.

Hinc vero consequenter concluditur *Diem Domini* vocari à Paulo hoc loco non diem iudicij vniuersalis, sed particularis. vtrique enim applicatur illa locutio iuxta illud 1. ad Timor. 4. *Quam reuelabit Dominus in illa die iustus iudex*. Quod si quis velit de die vniuersalis iudicij hūc locum intelligere, facile poterit aduertendo, Paulum dicere diem Domini declaratum, quia qualitatē operum, non, quia tunc primo faciendā sit eorum discretio, sed, quia tunc ostendetur, quæ prius facta erit in primo iudicio, in quo quale sit vniuersumque opus, ignis probabit. Apparet autem expositio hęc probabilis: quia

Aug.

Cor. 3.

Augustin. expositio. Ceg.

23 Expositio.

rem. Asp. vniuers. non est accom. datam.

14 Alia expo. sicut vult per ignem. Chrys. Rationem

In vniuers. sicut vult per ignem. Rationem

15 Dicit Dominus in illa die iustus iudex. Quod si quis velit de die vniuersalis iudicij hūc locum intelligere, facile poterit aduertendo, Paulum dicere diem Domini declaratum, quia qualitatē operum, non, quia tunc primo faciendā sit eorum discretio, sed, quia tunc ostendetur, quæ prius facta erit in primo iudicio, in quo quale sit vniuersumque opus, ignis probabit. Apparet autem expositio hęc probabilis: quia

alia

alias oblectum est quomodo de illo die verum sit, quia in igne reuelabitur: hoc enim ad literam verum est de die vniuersalis iudicij, ad particulare vero nec index in propria ac corporali presentia venturus est, nec ignis illum antecedit. Propter hoc vero Sedul. Caietan. Lyra. Carthus. & alij in hunc locum putant, in his prioribus verbis ignem esse metaphoricè accipiendum pro ipso iudicio & sententia iudicij: aliquando enim scripturam vti hac metaphorè, in citato loco 2. romi ostendit, & hic optime accommodari videtur: quia in hoc igne reuelabitur ille dies: quia erit dies iudicij diuini. Et ita facile etiam satis prioribus difficultatibus proponitur. Nam hic ignis diuine sententiæ omnes tam iustos, quam peccatores, omniaque eorum opera probabit: eaque opera dicuntur in hoc igne manere, quæ ab illa sententia probantur: ideoque talia opera mercede afficiuntur. Ea vero opera dicuntur opera comburi, quæ reprobantur, & tunc dicitur persona detrimentum pati: quia sua opera amittit, & penam potius quam præmium propter illa mereri intelligit. Est ergo expositio hæc apprens.

Propriet. verba illi ignis probabit significatione iudicij sententiæ am seu iudicij non aliqui sentent. Caiet. Lyra. Carth.

Obiectio circa hanc expositionem.

Obiectio.

Turrian. alia expositio verbi ignis probabit.

Malac. 3.

Vnum vero illi obstat: quia, vel tollit efficaciam huius testimonij ad ostendendum Purgatorium, vel necesse est, ignem, in his prioribus verbis, & in illis posterioribus, saluum erit, sic tamen quasi per ignem non eodem modo sumi, quod videtur inconueniens. Sequela patet: nam si eodem modo sumatur illa vox, solum habetur ex vltima sententia Pauli, eum, qui superedificat lignum, &c. saluum fieri quasi per ignem, id est, quasi per sententiæ iudicij, quæ ad instar ignis consumet talia opera, & quasi in nihilum redigit, vnde non satis colligitur Purgatorium. Ad hoc vero respondere potest ex Caietan. ignem quidem significare ex amen diuini iudicij in alia vita, & simul etiam significare penam in huiusmodi iudicio infligendam: quia non est inconueniens, vt & rem & effectum eius significet, vnum proprie, alterum per translationem: neque etiam est incommodum, vt in discursu eiusdem capitis in vtraque significatione vox sumatur, quando ex ipso contextu constat metaphora, seu diuersus vsus vocis. Sic autem est in presentia: nam prius dicitur omnia opera probanda esse igne: manifestum autem est opera non esse materiam ignis materialis: cogitur ergo ibi ignem metaphoricè interpretari: non autem in illo vltimo die futurum aliquid aliud commune bonis & malis operibus, quo vtraque probentur, nisi diuinum iudicium, & examen, illud ergo recte intelligimus per ignem metaphoricè significari. Peccata autem venialia comburi hoc igne, nihil est aliud quam inutilia declarari, & digna pœna: cum ergo mutatur sermo de operibus, & dicitur salutum fore per ignem, recte exponitur fieri transitum ad penam ex tali iudicio resultantem, quam patientur in alia vita qui cum his leuibus culpis decedunt, significat ergo purgatoriam penam. Est ergo expositio hæc probabilis.

Longe vero aliter Turrian. lib. 4. contra Magdeburg. cap. 13. respondet bona & mala opera probari per ignem pœnalem (vt sic dicam) non vero per eundem ignem, sed bona per ignem purgatorij, mala per ignem inferni: nam de vtroque vult loqui, Paulum hoc loco, ac propterea indefinite dixisse, Vniuersusque opus quale sit, ignis probabit. Nam si opus fuerit aurum, argentum, & lapis preciosus etiam illud probabit ignis, vt si quas minutas habet sordes admittas, illas expurget, iuxta illud Malach. 3. Sedebis conflans, & emundans argentum, &c. Si vero opus fuerit lignum, stipula, &c. (per quæ mortalia peccata intelligit) probabit, sed reprobabit illa igne, inextinguibilis, hoc enim modo exuret illa opera, & hoc est detrimentum quod Paulus ait passurum eum, qui hæc opera aduersificet, detrimentum salutis eternæ. Quapropter verba illa vltima, Saluus eris, sic tamen quasi per ignem,

agnem, non putat referenda ad ea, quæ proxime præcesserunt, sed ad illa, Si cuius opus manserit, mercedem accipiet, per hyperbaton. Hæc vero expositio sicut est singularis: ita mihi videtur parum verisimilis. Primo, quia incredibile mihi est, Paulum cum ait, Ipse autem saluus eris, sic tamen quasi per ignem, non referre eum cuius opus asserit, de quo proxime locutus fuerat, sed eum, cuius opus manserit, de quo sermo præcesserat: tum propter relatiuum, ipse, quod secundum planum contextum refert personam proxime præcedentem: tum propter coniunctionem, autem, quæ non bene construitur cum priori persona: scilicet, mercedem accipiet, ipse autem saluus eris: potius enim dicere debuisset, ipse enim saluus eris, tum propter illa verba, Quasi per ignem: nunquam enim Paulus significauit, eum, qui aurum, &c. superedificat, esse dignum aliqua pœna, neque enim sic operans esse potest dignus illa: nam si minutas sordes miscet, vt sic non superedificat aurum, &c. alias non debuisset absolute dicere Paulus, sic superedificantem solum argentum, aurum, & preciosos lapides superedificare, nullumque eius opus arsurum, nec detrimentum aliquod passurum, sed omnino mercedem accepturum. Tum denique: quia fere tota illa expositio voluntaria est, quid enim nos cogit, vt per lignum, fenem, & stipulam, mortalia peccata intelligamus? cum nec metaphora vocum, nec contextus verborum, nec sanctorum expositio nos cogat: quid vt dicamus detrimentum pati esse in æternum damnari? nonne etiam carere fructu talium operum, & mercedis loco ignem Purgatorij experiri magnum detrimentum est? Tandem verisimile satis est, loqui Paulum de Doctoribus Ecclesiæ superedificatibus, vel aurum, vel lignum, &c. quibus nullo modo accommodari potest illa expositio: vel si loquatur de omnibus fidelibus, loquitur de fundatis in Christo per fidem viuam: & ideo expositio illa nullo modo probari potest.

Resistent.

Dicamus igitur tandem, totum hunc locum intelligi de igne vero, & proprio, in quo Dominus, vel dies Domini reuelandus dicitur. Vel quia in die iudicij, vniuersalis verus ignis antecedit aduentum iudicij. 2. ad Thes. 1. vel etiam, quia, in iudicio particulari per ignem ostendet seueritatem iustitiæ suæ: nam hoc etiam est in igne reuelari. Nec enim tunc venit Dominus corporali, & visibili presentia, vt ille ignis antecessurus sit, vel vt in specie visibili in igne reueletur, sed venit per intellectualem manifestationem, per quam ostendit quomodo opera per ignem probanda, aut punienda sint: & ideo in igne reuelabitur. Rursus omnia opera dicuntur per ignem probanda, non quia omnia illa, seu qui ea operati sunt, in ignem sint mittendi, vt in eo probentur: sed quia ignis ille positus est ad purgandas sordes operum: & ideo quando ignis ille nullo modo attingit opera, nec personam, satis probat, & testimonium præbet bonitatis, & perfectionis talium operum, quando vero necesse est ingredi ignem, vt opera purgentur, tunc sordida esse probantur. Sicut si inter homines esset constitutum iudicium de aliquo crimine, & paratus ignis ad eos comburendos, qui rei esse convincerentur, iudex ad tribunal ascēdēs dici recte posset in igne apparere, & qui innocentes inuenti essent, dicerentur per ignem probati, etiam si flamma eos non attigisset. Sic igitur in presentia dicuntur omnes per ignem probari: quia omnes examinantur an indigeat purgatorio igne, & qui illi omnino euadūt, omnino puri esse probantur. Quæ expositio sumi potest ex Ambr. in Pl. 8. enarr. in 3. O. etonar. in princ. & in 20. O. etonar. circa illa verba, Vide humilitatem meam. Tandem indicat Rupert. li. 3. in Gen. c. 32. Sic etiam dixit Lactan. lib. 7. c. 21. Deum igne esse examinaturum omnes iustos, sed quos (ait) plena iustitia, & maturitas virtutis incoarctis igne illa non

28 Totum locum Pauli intelligendum esse de vero & proprio igne, vera reuelatio. 2. Thes. 10.

Ambr. Rupert. Lactan.

Bed.

non sentiunt, &c. Declaratur denique hoc optime ex Historia, quam refert Beda li. 3. Hist. Angl. ca. 19. ubi iustus quidam in rapto, vel morte ad tempus, vidit ignem sibi appropinquantem. Dixitque angelo suo Domine ecce hic ignis mihi appropinquat. Cui ille, quod non accendisti, non ardebit te. Nam, estis terribilis ille, & grandis rogos videtur. tamen iuxta merita operum singulos examinat.

Tertia ostensio ex Conciliis

29

Antiqua Concilia sub expresso nomine Purgatorij, vel pœnarum eius, pauca de illo dixerunt: quia veritas hæc tunc controuersa non erat: tamen dum docent orandum esse, & suffragia esse pro defunctis offerenda, hanc veritatem supponunt, illa vero referemus in fraa gentes de suffragiis. Post triora vero concilia, in quibus vel cum Græcis, vel cõtra nonos hæreticos res hæc tractata est, expresse eã definiunt, vt patet ex Concilio Florentino in literis vnionis, & in Trid. sess. 6. can. 30. & Decret. de Purgatorio, & sess. 22. capite secundo, & can. 4. vbi dicitur, esse Apostolicam traditionem offerendi sacrificium pro defunctis in Christo nondum plene purgatis.

Cõc. Flor. Cõc. Trid.

Quarta probatio ex Patribus, & traditione.

30

Ultra ex Patribus supra commemorauimus inter exponenda Scripturarum testimonia, quæ hic repetere necesse non est, videantur potissime quæ adduximus circa locum Pauli 1. Cor. 3. Estque etiam insignis locus apud Cyprianum Epist. 52. & ibi Pamel. alia refert. Suntque notanda verba, quæ habentur nomine Hieronymi in id Prou. 11. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Notandum (ait) quod est impius post mortem spes venia non est, sunt tamen qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt abolsi, vel pœnis castigari, vel suorum precibus, & elemosynis, misericordiarumque celebrationibus. De quibus optime etiam loquitur Epist. 26. ad Pamach. Recteque consentit doctrina eiusdem Hieron. Dialog. 1. contra Pelag. aliquantulum à principio, distinguens leuia peccata à grauioribus, & dicentis, leuia peccata quæ ferula sufficienter puniuntur, nõ esse gladio vindicanda. Ex Aug. addi possunt, quæ tradit lib. 2. contra Manich. c. 20. in fine, vbi ait, Qui agrum non coluerit, & spinis eum opprimi permiserit, habet in hac vita maledictionem terræ suæ, & post hanc vitam habebit vel purgatorium ignem, vel pœnam æternam. Idẽ lib. 21. de Ciuit. ca. 24. 26. & seq. & enarrat. in Psal. 37. in princip. & serm. 48. ad Fratres in Eremito, & lib. de Ver. & fals. pœnit. c. 18. & quæ docet de Suffragiis in Quæstionib. ad Dulcitium qu. 2. Sermon. 32. de Verb. Apostoli Sermo. 44. ad Fratres in Eremito, & lib. 9. confess. cap. 11. Hæc namque duæ quæstiones de purgatorio, & de suffragiis ita coniunctæ sunt, vt ex posteriori asserctione prior illa necessario sequatur, vt notauit Isidor. lib. de Diuinis officiis, cap. de Sacrificio, & est per se notum, quantum est contrario expositione Purgatorij non statim inferatur suffragiorum valor, vt infra videbimus: Gregorius item de suffragiis pro defunctis multa habet libro secundo Dialog. cap. 23. & libro quarto per multa capita: tamen cap. 25. dicit aperte, animas perfectas statim euolare in cœlum, imperfectas vero, licet iustas, prius detineri in quibusdam mansionibus. Quas mansiones esse Purgatorium declarat ca. 39. & in Psal. tertio de pœnitent. initio, & libro 2. in 1. Reg. cap. 3. in fine.

Cyp. Pamel.

31 Hilar.

Præterea Hilarius in id Psal. 118. Cõcupiuit anima mea desiderare, & c. in octonar. 3. ait, Purgatorium peccati indefessum ignem, in quo grauia sustinentur suppli-

cia, per qua anima à peccatis expiantur. Manifestum enim est non posse hoc dici de igne inferni: nam per illius supplicia non expiantur peccata, sed perpetuo vindicantur. Vnde exemplum adhibet in verbo otioso, de quo rationem sumus reddituri in die iudicij. Sic etiam Beda in Psal. 37. in principio dicit, esse ignem purgatorium, in quo leuiora peccata iustorum expiantur, & de illo intelligit verba illa; Nec in ira tua corripas me, dicens vereri illam correptionem in ira: quia grauior est omnibus huius vitæ pœnis. Vnde in id Marc. 3. Ille vos baptizabit Spiritu sancto & igne, ait, aliquos iustos in hac vita baptizari Spiritu sancto, in sequenti vero, igne Purgatorij, de quo etiam multa habet lib. 3. Histor. Anglic. cap. 19. & lib. 5. cap. 13. vbi nonnullas reuelationes refert ad animas Purgatorij pertinentes, quæ in aliis etiam historiis, & Sanctorum legendis passim inueniuntur. Et præsertim legi potest Gregor. Turonens. lib. de Gloria confessor. c. 5. & Rhaban. lib. 2. de Iustit. cleric. cap. 44. Et hoc satis confirmat commemoratio solennis defunctorum, quam Ecclesia celebrat post festum sanctorum omnium, quam ex diuina reuelatione inceptisse aliqui referunt Rursum in eadem sententiam Petr. Damis. serm. 2. de Sancto Andrea, dixit, quidquid nobis in hac vita de pœnitentiæ fructibus defuerit, in Purgatorij ignibus esse perficiendum. Multa etiam referri solent ex Euseb. Emis. lib. 3. de Epiph. quæ deest in eius operibus, quæ videre potui, plura etiam habet Bern. serm. 65. & 66. in Cantic. & serm. de Obitu Humbert. Last. lib. 7. c. 21. & sequentibus Hugo de S. Vict. lib. 2. de Sacram. p. 14. cap. 39.

Apud Gregorium item Nyssenum oratione de Infante, qui præmature arripitur, hæc verba leguntur, Subiit ad eã vitæ iudicium, accipiet pro merito retributionem, & compensationem, vel igni purgati, iuxta Evangelij verba, vel in rore benedictionis refrigerata, atque refacillata. In quibus obscurum est, quem locum Evangelij indicet, cum ait, iuxta Evangelij verba: nam in Evangelio nullus inuenitur locus, in quo dicatur, animas aliquas igne purgatas, accepturas meritorum retributionem. Quidam Scholiasies ait Nyssenum citare parabolam de Diuite, & Lazaro, Luc. 16. & verba illa, vel igne purgata, propter diuitem fuisse dicta, iuxta quam expositionem de igne inferni hic locus intelligendus est: nam certum est diuitem illum in inferno esse. At quomodo potest ignis inferni dici purgare animas, quas ita affligit, vt nunquam muret. Præsertim cum Gregorius dicat, animam, quæ igne purgatur, postquam purgata fuerit, accepturam meritorum retributionem. Dicendum ergo puto, Evangelij nomen pro toto testamento nouo fuisse vsurpatum, quod in iustitiam non est vt nosser Salmeron in Prologomenis, & alii annotarunt. Confirmaturque optime hoc testimonium ex alio eiusdem Nysseni in Orat. ad Dornicent. longe post medium dicentis, ordinasse Deum, vt homo post peccatum in multis laboribus & calamitatibus verteretur, vt ipsa experientia doctus, ad primam beatitudinem recurreret, Omni vitiosa affectione remotâ, vel in hac vita per sobriam, & attentam viuendirationem, ac philosophiam, vel post transmirationem ab hac vita per purgatorij ignis fornacem expurgatus. Et in eadem rursus oratione de infantibus, versus finem habet hæc verba, Quicumque diuinam potentiam considerata in plane animauerit, quod etiam illum, qui ad eum modum improbitatis progressus sit, longi cuiusdam temporis circuitu, per idoneam purgationem, atque expiationem, ordini eorum, qui seruantur, restituere possit. Vbi licet de possibili loquatur, videtur tamen de illa potestate loqui, qua Deus secundum orationem Mariam legem vti solet, quod ergo ait posse Deum iniquissimum quemque hominem per diuturnam purgationem saluare, intelligendum est, dando illi prius in hac vita veram suorum peccatorum pœnitentiam.

Ex

33 Ex Basilio etiam aliquid supra adduximus. Idem vero in cap. 9. Hæc circa verba illa, *Vi gramen sicum vorabitur ab igne (vt ipse legit) Si per confessionem (ait) detexerimus peccatum, iam succrescit gramen ardescimus, dignum plane quod depascatur, ac deuoret purgatoris ignis.* Ex Gregorio etiam Nazian. orat. 9. in fine afferri possunt hæc verba. *In altero aus igni fortasse baptizabuntur, &c.* Sed plane loquitur de hæreticis, qui respicere nolunt, satis vero improprie ignis ille baptismus appellatur, cum non mundet, neque ad hoc institutus sit. His addi potest antiquus P. Diadoch. libr. de Perf. spir. capit. 100. vbi purgatorium ignem, iudicii ignem appellat. Quem locum de igne purgatorij etat, & interpretatur Sanctus Maximus Confessor in Responsis de obscurioribus locis Sanctæ Scripturæ ad Thalasion, vt refertur in 5. tom. Bibliothecæ sanct. in præfatione ad prædictum libr. Diadochi. Denique Plato apud Eusebium libr. duodecimo de præparat. Euang. cap. tertio purgatorium post hanc vitam agnouit, *Purgantur autem (inquit) quicumque curabiliter peccarunt, doloribus, & hoc viuis, & apud inferos mortui: non enim aliter possibite est impressas vitiorum detergi maculas.* Quam sententiam Eusebius ipse valde commendat, & ex diuinarum Scripturarum lectione Platonem illam didicisse affirmat.

Ratione ostenditur eadem veritas.

34 **N**onnulla sunt principia, & secundum fidem certa, & naturali rationi maxime consentanea, ex quibus ratio huius veritatis petenda est. Primum est dari quædam peccata venialia, digna quidem poena apud Deum, sed non æterna. Hæc veritas ex profess. præctanda est, & probanda in 12. quæstion. 72. & 89. Nunc vero satis constare nobis potest testimoniis Scripturæ adductis, ad unctis expositionibus & sententiis Patrum, quas etiam tractauimus, & videri præterea potest Augustin. libr. decimo quinto, de Ciuit. cap. 17. & in Ench. rid. c. 68. & 70. & lib. 83. quæst. in 26. & de Natura & grat. cap. 38. Ex hoc ergo principio optime colligitur, posse hominem esse iustum, & habere al. quam culpam, ratione cuius sit reus alicuius poenæ: vnde consequenter fit, posse hominē in eo statu acceptari, & ratione talis culpæ recardari ab ingressu gloriæ: quia, vt recte dixit Laurent. Justin. libr. de Perf. grat. ca. 11. circa finem *Peccatum mortale priuat gloriā, veniale retardat.* ergo, p huiusmodi hominibus necessarium est purgatorium. Hoc vero principium solitarie sumptum habere potest euasiones superius tractatas agendo de remissione venialium peccatorum. Et præsertim illā quod ex vi solius culpæ ad summum probat recardari animam per vnum instans ab ingressu gloriæ, quod si maior castigatio non esset necessaria, non fuisset admodum necessarium Purgatorij poenas constituere.

35 Propterea addendum est aliud principium: scilicet, remissa, culpa, posse interim permanere reatum temporalis poenæ, quod tam de culpa mortali, quā de veniali verum est, & in superioribus demonstratum. Ex quo etiam fit posse hominem iustum cum eo reatu mori, animamque iam à corpore separatā posse, & esse iustam, & ream, ac debitricem alicuius poenæ. Nec enim dici potest morte ipsa purgari talem reatum: quia neque mors habet hanc vim ex opere operato, nec homini datur semper in eo articulo vis ad satisfaciendum perfecte pro omnibus debitis huiusmodi: vbi enim est de hac re facta promissio? Præcipue cum repentinz mortes sæpe veniant, in quibus nullius bonæ operationis, nedum tantæ satisfactionis locus datur. Nec etiam habet hic locum responsio, quæ datur de peccatis venialibus, quod scilicet, in primo instanti separationis animæ, datur illi vehemens dolor, quo ab omni re-

Actu poena purgetur, sicut ab omni veniali culpa. Hoc (inquam) locum non habet: Primum, quia hoc etiam gratis dicitur, & sine vlla promissione Dei, vel cogente ratione. Deinde: quia post separationem animæ à corpore iam non est satisfaciendi tempus, sed satisfaciendi. Vnde est magnum discrimen inter culpam & poenam: culpa enim intrinsece postulat internam dispositionem contrariam per quam remittatur, & ideo illa posita statim remittitur, & sine illa non potest conuenienter remitti: ac vero poena tolli potest per rigorosam solutionem, sustinendo illam. Atque ita fit in vita futura: nam commutatio pro leuiori genere poenæ solum pro hac vita concessa est, vt in superioribus vidimus, & pauld inferius idem confirmabimus. Vnde quita respondent, minus male dicerent, illum vehementem dolorem dari iusto in fine vitæ, prius tamen quam anima separetur à corpore. Sed hoc etiā est omnino improbabile, quia gratis, & sine promissione dictum est contra vniuersalis Ecclesiæ sensum, & contra experientiam, maxime in repentinis mortibus, vt dictū est.

Addendum vero est tertium principium, nimirum, ad diuinæ iustitiæ æquitatem pertinere, vt nemini premium beatitudinis concedatur, nisi prius delictum peccatorum perfecte soluat. Probatur primo, quia hoc exigit perfectio vindictiue iustitiæ, quā nō minus ostēdit Deus, seruatque in suæ prouidentie ratione, quam cuiuscunque alterius, vt vulgaribus testimoniis Scripturæ cōstat. Deinde est necessarium ad conuenientem gubernationem: quia alias homines contemnerent in hac vitā satisfactionem condignam pro peccatis mortalibus, & pro nihilo ducerent peccata venialia, si pro eis nulla timeretur vindicta, dummodo in gratia morentur: pertinet autem ad Dei prouidentiam, eas poenas pro singulis peccatis destinare, quæ ad malitias eorum accommodatæ sint, & ad homines in officio continendos aptissimæ.

Vnde vehementer errant hæretici, dicentes, Deum tantū punire peccata in hac vitā propter emendationem, non vero in futura propter vindictam: est enim hoc contra diuinam prouidentiam, eiusque iustissimas leges & comminationes. alioqui nec damnatos in æternum puniret, quia illa iam non est emendatrix poena, sed vindictiua. Poena ergo vindictiua etiam per se est consentanea prouidentie, & ex se est præseruatiua pro hac vitā: ideo enim comminatur Deus vindictam futuram, vt eius timor nos cohibeat à peccado: vt autem ad hoc sit efficax, oportet vt vera & absoluta sit comminatio in eo, qui in hac vitā, vel peccata non cauet, vel pro eis nō plene satisficit. Atque hæc ratio conuincit, etiam solā mortem non tollere reatum: quia mors per se nō est poena actualium peccatorum, sed secundum se est quædam conditio nature: secundum autem præsentem prouidentiam est poenalis originalis peccati. Item nulla ratio patitur, vt secundum ordinariam & communem legem eadem poena purgentur, qui parū, & qui multum debent, præsertim cum acerbiore mortis sepe sustineant, qui iustiores sūt. Deinde vbi est priuilegium martyrij, si hoc omne morti commune est? ad quid etiam sunt necessaria suffragia pro defunctis, si mors omnia purgat? Denique eadem ratio per suadet, non omni homini morienti dari in ipsa morte auxilium efficax, vt possit per suum actum plene satisficere pro omni præterita negligentia, cur enim Deus hac vniuersali lege faueret hominum negligentie satisfaciendi dum viuerent, securi de plena remissione in morte, si salutem absque culpa mortali inuenirentur? Eadem ratio probat non esse admittendā talem satisfactionem post mortem, alioqui timor futuræ vindictæ non cohiberet homines in hac vitā, sed in futuram satisfactionem referuaret.

36 Tertium principium.

37 Hæreticorum error.

Mors non tollit reatum poenæ.

Homini morienti nō datur semper auxilium efficax ad satisfaciendum.



Solutur hæreticorum fundamentum.

38
Explicatur
loca Scri-
ptura.

A tque ex his principiis satisfaciendum est fun-
damento contrarij erroris negantis Purgato-
rii: nam ex contrariis principiis sumebatur. Loca
autem Scripturæ, quæ indicant post hanc vitam nõ
supereffe nisi præmium vel pœnam, duo continent.
Vnum est, post hanc vitam non esse mercedi locum,
vel satisfaciendi per propria opera, sed sustinendi
iustam iudicis sententiam, vt referat vnusquisq; prout
gessit in corpore siue bonum, siue malum, 2. Corinth. 5.
Nam quæ seminaueris homo, hæc & metet, vt dicitur ad
Galat. 6. Et eodem sensu dicitur Ecclesiast. 9. Quod-
cunque facere potest manus tua instanter operare: quia nec
opus, nec ratio nec sapientia, nec scientia erunt apud infer-
ros quo tu properas. Possunt enim hæc verba, aut de
solo damnatorum loco intelligi, & sensus erit, nihil
horum esse ordinatum, & rectum in eo loco: vel pos-
sunt intelligi de omnibus locis inferis, & fieri erit sen-
sus nihil horum esse utile ibi ad meritum, vel satis-
factionem ex parte operantis: & hic sensus optime
quadrat priori consilio Sapientis: eumque indicauit
Gregor. libr. 4. Dialog. cap. 39. vbi alia testimonia
congerit. Aliud vero, quod scriptura continet, est,
post hanc vitam duos esse terminos vltimos eorũ,
qui actualiter peccauerunt, qui perpetuum habent
statum, & immutabilem. De his locutus est Christus
in finali sententia, Matt. 25. agit enim de vniuersali
iudicio, quando iam purgatorium cessabit. Sic etiã
potest intelligi locus ille, quem heretici maxime vr-
gen, Ecclesiast. 11. Si ceciderit lignum, vel ad austrum,
vel ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, sibi erit, In-
telligi enim recte potest de locis illis, in quibus vltimo
terminatur via. Alioqui constat, Patres veteris
Testamenti non semper in eodem loco mansisse, in
quo aliquando post mortem fuere. Vel generaliter
intelligi potest de loco consolationis, aut tristitiæ, vt
exposuit Gregor. lib. 12. Moral. capit. 3. alias 4. Nam
sicut Sinus Abrahæ dicitur in Euangelio locus con-
solationis, ita locus purgatorij sub eo membro cõ-
prehendi potest. Vel certe sensus, & vt mihi quidem
videtur maxime proprius est, post hanc vitam nõ
esse solum amittendi, vel recuperandi diuinam a-
micitiam, sed vbi ceciderit lignum, seu in quo statu
homo defecerit, siue ad austrum, id est, in diuina a-
micitia; siue ad aquilonem, id est, Dei odio, ibi perpetuo
mansurum esse, vt Hieronymus exposuit. De-
nique in prædicto sensu diuus Augustinus variis in
locis contra Pelagianos contendit, duo tantum loca
esse hominibus parata, scilicet, regnum æternum
aut ignem æternum, scilicet loca vltima, in quibus
via omnino terminata est. Vnde eleganter Sixtus
Pontifex in Epist. ad malos doctores, aliquantulum ab
initio, cum dixisset, Ego in Scriptura duo tantum loca in-
uenio. Regni. & gehenna, hoc est, vitæ, & mortis, declaræ
statim, Purgatorium semper excipio, in quo ad tempus pi-
orum anima corporibus soluta expiantur. Et adhuc est
quæstio de paruulis in solo originali decedentibus,
de quibus alias nunc satis est illos etiam ad aliquam
æternam pœnam exera regnum destinari, vbi cunq;
tandem futuri sint.

39
Obiectiones
hæretico-
rum.

Psal. 126.
2. Cor. 5.

Apost. 14.
Dissol-
uuntur.

Sed obiiciunt quædam Scripturæ loca, in quibus
significatur, factos in morte sua statim sine vlla mo-
ra recipi in beatitudinem æternam, iuxta id Psalmi.
126. Cum dederis dilectis tuis somnum, ecce hereditas Do-
mini, & c. Et 2. Corinth. 5. Scimus quoniam si terrestris
domus nostra huius habitationis dissoluatur, habitationem
ex Deo habemus domum non manufactam, æternam in
caelis. Et Apocalyp. 14. Beati mortui, qui in Domino mo-
riuntur eo modo iam dicit spiritus, vt requiescant à labori-
bus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Responde-
tur, Scripturam nunquam dicere, statim finita hæc
vita, recipi hominem in gloriam, si decedat in gra-

Aria, & quando id significaret, intelligendã esse subin-
tellectã conditione, si homo inueniatur omni ex
parte iustus, seu perfecte mundus, & sine impedi-
mento: nam licitum est, imo necessarium vnã Scri-
pturam per aliam interpretari. Atque ideo Patres,
cum dicunt iustos in morte statim recipere merce-
dem addunt conditionem, si digni sunt, vel perfecte
purgati, vt videre licet in August. tract. 49. in Ioann. D. Ang.
Tamen adducta testimonia hanc expositionem
non requirunt: nam, vel habent longe diuersum
sensum, vel verba clarissima sunt. Dauid igitur in
prædicto loco non videtur loqui de somno mortis, Exponitur
nec de hæreditate beatitudinis, sed de somno pacis,
& quietis animæ, quæ in Deo suam spem, & fiduci-
am collocat, & de hæreditate omnium bonorum
ex Deo cura & prouidentia prouenientium. Dixit
enim, Nisi Dominus ædificauerit domum, vel
custodierit ciuitatem, frustra esse nostrum labo-
rem: è contrario vero subdit, eos, qui confidunt in
Deo, omnibus abundare bonis. Ita Basilius & Theo-
doretus & Moderni ad literam. Augustinus vero &
alii per anagogem exponunt de æterna hæreditate,
quam perfectam & plenam accepturi iusti in
corpore & animo, non nunc, sed cum dederit dile-
ctis suis somnum, id est post vniuersalem mortem,
& consummationem prædestinatorum omnium.
Denique licet daremus sermonem esse de morte
singulorum iustorum, & de retributione gloriæ,
non ibi dicitur statim dãdam, sed, ecce hereditas Do-
mini, scilicet, præstito est, parata est, certa erit eius pos-
sessio, perfecta nimirum purgatione, si necessaria
fuerit, vel ablato impedimento, quocunque il-
lud fuerit, vt in Patribus veteris testamenti mani-
festum est, cum tamen Dauid illo tempore fuerit
locutus.

Nec aliud dixit Paulus in citatis verbis, nisi quod
iusti post hanc vitam habent domum æternam, an
vero statim illam ingrediuntur, & quomodo prius
purgari, seu parari debeant, ibi non declarat, aliis
vero locis explicuit. Atque eodem modo possent
facile exponi verba Ioannis: quia solum dicit iustos
requiescere à laboribus huius vitæ, & habere cer-
tum præmium suorum operum, hoc est enim ope-
ra illorum sequi illos. Præsertim: quia sicut illos
sequuntur opera bona, ita & mala, si quæ habue-
runt, quorum aliquem reatum adhuc retinent, &
quauis ex prioribus beati sint, & in Domino mori-
antur: tamen quatenus habent posteriora, non om-
nino perfecte moriuntur in Domino, & in tantum
retardantur à beatitudine in re possessa, quam
uis iam sine beati certa inamissibili spe. Sic enim Au-
gustinus libro secundo, contra Epistol. Pelag. capite
tertio dixit, iustum habentem venialia peccata vi-
uere simpliciter Deo, secundum autem quid mun-
do: sic ergo nos dicimus in præfenti tertium illud
testimonium intelligendum esse de iusto quatenus
in Domino moritur. Alij putant hæc verba dicta esse
propter tempus legis gratiæ, in quo iusti statim
post mortem recipiunt mercedem laborum, quam
ante Christi aduentum non recipiebant statim. Sed
vtrumque referendum est ad homines perfecte ius-
tos nullumque habentes debitum personale. Quo-
modo loquitur etiam Gregor. libro tertio, Moral. capite
decimoquinto alias 20. & de hac expositione
legi potest Turrian libro quarto cõtra Magdeburg.
capite duodecimo. Alij denique intelligunt mori in
Domino idem esse quod mori pro Domino, vt Ri-
bera late: sicque locus intelligitur de solis martyri-
bus, de quibus facile admittemus statim sine vlla
prolixius mora recipi in beatitudinem: quia si
quas habeant maculas, ipso martyrio
perfecte purgantur, sed hoc est
martyrij priuile-
gium.